UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum celeberrimorum iurisconsultorum

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

11. Executor reddendo rationem, totum debitum præstare debet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63406

Visual Library

guitur inter adminiſtratorem, qui de dolo & omni culpa tenetur: & hæredem eius, aduerſus quem non niſi ex dolo & latiore culpa iuratur.

Septima. † Non ſolùm rationem reddere: 11
verùm etiam paria facere, hoc eſt, totum debitum præſtare debet. Id aliàs reliquum ſoluere dicitur, quaſi nihil apud ſe retinere, quod ex calculo deberi compertum fuerit l. Lucius Titius. ff. de manumiſ. teſtamen. Vlpia. in l. ſi quis ita. §. ſi duo. ff. de ſtatu liber. Nec videbitur, inquit, conditio in perſona alterius impleta, niſi id, quod computatione rationum habita reliquum fuerit: aut vterq; vt alter totum ſoluerit. Africanus. ff. de conditio. & demonſt. Quamuis, inquit, rationes reddere, nihil aliud ſit, quàm reliqua ſoluere. Pulchra diſputatio forenſis eſt apud Calliſtratum in l. ſi ſeruus ita liber. ff. de condi. & demonſt.

Verba igitur † hæc. Facere paria, pertinent 12
ad totum debitũ, ſchlechte rechenſchafft machen vnd bezalen. *lege Sticho libertas. §. fin. ff. de ſtatu. lib. Et l. ſemper in ciuitate. §. Conductores. in fin. ff. de iure immuni. Ex diuerſo,*

ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN